


Mardyck

# Mardicum a Gallis Anglo inique traditum, indefensum.



Handschrift // / I25 B II c Br. I659

Tillkomstår s.a. 1659?

Digitaliserad år 2019



National Library  
of Sweden


Mardijk


Hist.  
ing  
Pote  
(M.)

1659?

MARDICUM  
à  
GALLIS ANGLLO  
iniquè traditum, indefensum.

1658





Ardicum Anglis traditum, fædusque Gallo-Anglicum

Mordax defenfat Zoilus,

Omne Gallicum in astra extollere

Omne Hispanicum in Orcum deprimere

Quemlibet in contrarium sanius sentientem,

Scribentem, dicentem,

Canino dente discerpere,

Et fastuosis convitijs laceflere folitus.

Ipse Germanus

In Flandriam optimam Germaniæ partem

Impius.

Quid mirum?

Are conductus Gallico, pervicaci seductus animo

Pari cum Gallis odio

Hispanos cunctis exofos reddere

Studiosus, follicitus,

Fictis fua ex fronte rationibus

Iram in fcriptoris adverfarij perfonam

Odium in Gentem Hispanicam,

Zelum in evertendam Religionem Catholicam

Spirantibus.

Subtilibus & argutis inventis, inanibus argumentis,

Fallacibus verbis, rebus omnino nullis

Ex fuis ubique fpeciofis commentis.

Sit ergo, fanus & probus Orbis iudicet

Quam bono hic fcribat confilio,

Omnis cui affectus æquè in promptu, &

Vænalis eft,

Quique fuz hodie famulatur avaritiæ;

Cujus fi Hispani argentinam quâ laborat

Ex Mineris curarent Indicis

Quàm mox apud Gallos Anginalaboraturus

Et quæ ore putido in Hispanos nunc evomit

In Gallos illico regefturus effer.

Nunquam sibi similis

Homo in omnia verfatilis.

Sed agedum telam pertexamus, re texamus.

Rex inquit Catholicus

*Primus Novatum Angliæ statum novit liberum.*

Quid tam postea? igiturne approbavit?

Permisit quod armis impeditus Gallicis

Viribus suis in alia distractis

Emendare quanquam voluit, non potuit.

Turcam Tyrannum Europa agnoscit

Pacem cum eo sollicitat

Constantem offert amicitiam

Quia

In se discors sua in ipsum arma

Nequit convertere

Turcamne ideo probat, Tyrannidem æstimat?

Prævidit Hispanus sagaci consilio

Præcipit solerti industria,

Gallos Britannum clam tentare,

Cur præcavere non ausus sit

Ut cujus non quærebat uti auxilio

Hujus saltem non angeretur periculo.

Siccine, quando Hispanus cedit temporibus

Sua ductus prudentia, externa exercitus potentia

In religionis leges peccat?

Ubi Gallis quæ libet, licet?

Sed tam providè nihil unquam fit

Quod malignitas vellicare non possit.

Quo fine vero Hispanus persuasus est, ut

Invitus mutatum Angliæ statum agnosceret?

Fatetur id simplicius scriptor si ubique versutus

Hic certè candidus.

Scilicet

*Quia providè cogirabat, inquit, Belgicam sibi suam*

*Et Americam fore tutiora.*

Credo me hercle verba hæc incauto scriptori ultro

In calamum incurrisse, nunc libenter retracta velle,

Si divulgata redimere posset exemplaria;

Sed

Adeo

Adèdè nec inter ipsos fucos latere potest infucata veritas.

Ita sanè est.

Hispanis sua tueri sufficit, quæ ipsis inique adimere

Gallica gessit ambitio

Bello injusto, socioq; fraudis, & cujuslibet ex inferno  
repullulantis, atq; damnatæ religionis commercio.

Quando Hollandia contra Hispanum Regem olim

Ac Dominum suum

Statum dominationis ob religionem mutavit,

Stertebat tunc Gallus? aut studebat

Minuendæ Hispanorum potentia

Suæ ubivis sine discrimine augendæ,

Et Hollandiæ suas in partes contra Dominum

pertrahendæ?

An religioni sibi ducebat

Alienam à Romana religionem in Batavis stabilire

Ubi nullam Hispanus præter Romanam passus

Unquam fuerat;

Ecce quantam hæresi potentiam adjecerit,

Ecclesiæ ademerit.

Quæ tunc curæ Galli fuerint

Ipsa loquatur Hollandia suo constans regimine

Gallorum adjuvante molimine

Hispanorum data fide id etiam permittente.

Gallus si credi cupiat, Hispanum occasionem

Contrahendi foederis Gallo-Anglici sibi fuisse,

Juratò tandem asserat

Se, nisi ab Hispanis prius agnito

Moderno statu Angliæ

Id nunquam contracturum fuisse,

Eritque cur Mundus fidem ei tribuat

Qui aliàs

Aut raram, aut nullam ubique habet.

Sed perfidiam metuit,

Novit enim præterita bellorum cum Germania

Prava, & proh dolor, religioni catholicæ nimisquam

Præjudiciosa exempla, univèrsam orbem satis docuisse

Quàm à talibus foederibus Galli unquam abstinerint.

Modò

Suz dilatandæ potentia ipsi tantilla fuerit occasio.

Et vix non adducor ut credam

Scriptorem hunc dictatorem habere Spiritum

Tam accuratè quæ Regum sunt

Aut

Magnatum in intimis agitantur passim recessibus

Seper scrutatum esse astutè simulat,

At quæ suo in cerebro malitiosè congerit

Ab alijs ita præconcepta, ita faciendâ credit

Et imprudenter evulgat.

Nimirum

E re sua, &amp; privato affectu

Multa negocia publica metiens,

Quasi

Imperia, Regna, Respublicasve, supra omnem aliorum

Prudentiam

Acquirendi, stabiliendi &amp; conservandi

Ipse solus novit modos optimos, certissimos.

Verum ut,

Quod Scriptoris allegatis non authenticis, &  
Commentis ipsius proprijs nunquam concedimus;

Rei freti iustitia hoc ultro ipsi demus

Talia Hispanorum scilicet fuisse in his consilia

Quæ iste vir sibi suis finxit in somnijs

Dum ipse paucis lineis Hispanos

Plurimorum regnorum facit Dominos,

Quasi Europæ terminos peragrarè

Armis occupare opus unius diei esset.

Quid Hispanus contracto fœdere Anglico in Gallos

Tum peccasset,

Omnium religionum, hæresum, suo in regno

Patientissimos, &amp; vix non, excepto clero &amp;

Paucò populo Catholico, percupidos!

Caletum aut Rupellam forte Catholicam induxisset

Religionem Hispanorum, vel puritanam Anglorum;

Illâ nulla est melior, nec hæc istis deterior

Quæ hodie illic coluntur.

Mardica & Dünkerca nullam hæctenus sciverunt  
 Religionem nisi unam Catholicam, & hac in  
 Innocentia ipsas Hispanus servavit,  
 Quas Gallus tot diversis sectarijs  
 Tam sædè nunc prostituit.

Mardicæ ab Gallis ope Anglorum occupatæ, his in sæderis pignus cessæ  
 Exturbatus clerus, everfa altaria, templa, diruta  
 Sanctorum imagines, & pro vero Dei cultu in una fide,  
 Tot religiones, quot homines, investæ sunt  
 Dum sua cuilibet est & permittitur.

Quidlibet credendi, tenendi, tantum una docendi  
 Impunis licentia, perniciofa indulgentia  
 Idem Dünkeræ hodieq; Gallus tentat  
 Parùm laudandâ & Rege Christianissimo  
 Indigna prorsus audacia  
 Ecclesiæ verò Dei scândalofi Cardinalis  
 Suggesto consilio non ecclesiastico non  
 Sano nec canonico.

Tales ecclesiarum pastores quàm boni sint  
 Conscientiam testem habeant.

Ræos saltèm esse isthic everfæ Catholicæ religionis nemo h  
 næ mentis negabit,

Quibus privata sua commoda, regnorum increment.  
 Præ religione Catholica ideo cariora sunt

Quia

Vel conscientiam nullam habent, vel nullam religionem  
 Nec damnum hoc Ecclesiæ Dei illatum  
 Atq; ni Deus Prôtector contra Prôtectorem  
 Anglicum adfuerit, mox Dünkeræ, ac etiam  
 Paulò post, si res Gallorum ex voto cesserit,

Gravelingæ æque nequiter inferendum  
 Rationibus ullis politicis gnatho iste unquam adeo colorabit

Ut justam Dei iram, & vindicem dextram  
 Gallum ac ministros jure non meritos esse evinc  
 Modo,

Eam, quod Deum precor, cum animæ salute evad

Quæ omnia hæc talia

Pius in Galliâ clerus exulcerato animo justè sen

Et

Et eousq; nunc perferre adhuc deberet  
 Donec à tam sectarijs consilijs  
 Regis Galliarum administri demum desisterent;  
 Nisi & ipse ad religionis eversionem quamvis  
 Invitè, verè tamen aliquid contribuisset  
 Pius in auribus audiri velit.

Quid verò regi potius esse debet ac antiquius  
 Regi imprimis Christianissimo  
 Religio an Regio? ista animus in Deum erigitur  
 Hàc fortunæ bona, fluxa, caduca dantur, conservantur:  
 Non igitur ipsi potius sit, religionem periculis non objicere  
 Quàm.

Perdendæ regionis aliquod discrimen avertere!  
 Flandria ab omni contagio hæctenus purissima  
 Veræ religionis fida famula,  
 Nunc, vah scandalum, à Rege Christianissimo  
 à Cardinali Ecclesiastico,  
 Contaminanda, polluenda, Anglicis canibus obtruditur  
 In plures sectas discerpenda, dilanianda.  
 Et quamvis sua securum potentia se Gallus putet  
 Malum tamen idem propius ipsi impendere  
 Non desistit.

Nec Anglo causæ defunt, sua in Gallos arma,  
 Suam religionem inferendi, promovendi  
 Cui

Vetusta in Galliam jura recenti sunt in  
 memoria.  
 Adeo scilicet fœdere Gallo-Anglico  
 Illæsus est Galliarum regis, & religionis honor,  
 Ut

Nobilior Galliæ pars regi suo in alijs meritò devota  
 Contra talia Regis, & administratorum facta  
 Justè reclamet, justius impedire auderet.  
 Quàm bene hæc apud cæteros Christiano-Catholicos audiant  
 Credo equidem scriptorem ignorare  
 Aut lux religionis amore scire nolle.  
 Justissimus itaque est Hispanorum Regis, & Catholicæ  
 Ecclesiæ in Regem Galliarum dolor, indignatio,

Vindicta,

Vindicta,

Cui damna regionis, quàm religionis semper  
Antiquiora fuerunt

Teste tota Hispaniâ sectarum nullibi ac  
Nunquam consciâ

Dum Gallus non solum suis in regnis religionem  
Non servavit integram,

Sed & sectas aliena in regna pactis fœderibus  
Sollicitè inferendi solertem se & attentum

Jactat, & vere est.

Cætera

Quis sagacissimo Cardinali Ministerium suum  
Atq; ampliores etiam dignitates non faveat

Quem

Deus & naturâ tam conspicuis dotibus ornavit

Rerum in omnibus agendarum prudentia

Ac singulari peritia

Quamdiu talenta sua in religionis Catholicæ conservationem

& augmentum converterit

Suo officio ad talia ipsum vocante

Conscientia urgente, Deo id postulante.

Et quidquid in contrarium stipendiarius

Scriptor verbosè regesserit

Sunt ipsius artes demagogicæ

Sectariorum incantationes

Pseudo-politicorum fascinationes

Malignorum instigationes

Et incantorum dementationes

Omnibus execrandæ, fugiendæ, præcavendæ

Sub regionis larva in religionis exitium intentæ,

studiosæ, sollicitæ,

Sua in incurios venena pestifera tunc potentius evomituræ

Quando plures regiones ope Gallorum domuerint,

possederint, infecerint.

Veneno hoc in proximas regiones se insinuante

Et animas hominum subtiliter enecante.

Semper enim regio obtenditur, donec cum regione

Religio pessumdetur:

Religionem enim extra regionem nusquam reperies

Angustia locorum perditæ religionis non excusant:

Exitium,

Religio delicata est; licentia vitæ amabilis  
Et indulgentia quorumlibet morum ad alliciendum

Subtilis seductrix,

Mardici pauca fuisse everfa altaria fati fit  
Quando libido Anglorum plura libenter evertisset  
Si adfuissent.

Religio isthuc per vim inducta Gallorum  
Jam suis aget cuniculis ut

Latius se diffundat, non contenta angustis terminis  
Malorum Gallo authore  
Sectarum propagatore.

Afflicta quondam ab Iberis Roma  
Religionis non timebat mutationem  
Insolentiam tantum militis patiebatur effrenem  
Et usque in sacrorum forte profanationem laxatam  
Militis inquam forsitan non Catholici

Nusquam tam accurate deligendi  
Et religionis in odium sacra hæc profanantis.  
Beneficia quæ Gallus jactat Pontificibus se  
Fecisse, Ecclesiæ non fecit  
Minus religioni;

Personæ itaque Pontificis grates Gallo debet  
Non officium, in augmentum religionis  
Catholicæ, aut conservationem illius  
Minimum, primis in Apostolis à Christo  
Institutum, huc usq; derivatum.  
Pridem vero in Europa restitutus foret  
Religionis Apostolicæ status.

Aut

Eo angustiarum unquam fuisset redactus,  
Si Regis Galliarum par in idatq;  
Hispani fuisset intentio, conatus, studium.  
Sed ita apud Gallos.

Invaluit cæca & perrinax dominandi libido  
Ut religio multo longius illi sit post habita  
Et quod bello est fortuitum non ideo religioni  
Non est noxium; quando loca ad sunt  
Quò illata est, & inferatur;

Dum

Dum Mardica ab Anglis hodie possidetur,  
 Dünkerca instigante & adjuvante Gallo cingitur,  
 Gravelinga periclitatur, omnes  
 Anglorum subdendæ potestati, religioni.  
 Per claufulas salvatorias pactis Gallo  
 Anglicis adjectas, pro coloranda justitia  
 Et nullo aliâs effectu insertas  
 Regionem ab Anglis non vendicant  
 Religionem everfam non restaurant.  
 Anglis sectas suas violenter imponentibus  
 Fœdera & religionem frangentibus  
 Gallisq; adhæc talia omnia tacentibus  
 Ope & consilio id procurantibus  
 Et ut latius serpat malum, promoventibus  
 Atque optimo in Gallia Catholico clero ac  
 Populo palpum ita obrudentibus,  
 Ut in id nervum belli conferre, atque  
 Hæc omnia apud Deum execranda  
 Apud homines abominanda negocia  
 Suam præter intentionem alere  
 Fovere, & suo sudore sustinere debeat.  
 Non est Deus verbalis intentionis  
 Sed Catholici operis inspector  
 Neq; qui sciunt, legem, sed  
 Qui faciunt eam salvabuntur?  
 Non talia Clodovxi & Ludovici pij,  
 Posteris post se Regibus exempla reliquerunt  
 In religionis Catholicæ interitum  
 Populorum injuste pactam ruinam  
 Imitanda, amplectenda.  
 Religio fœderum servatorum non  
 Justificat læsam religionem in Deum  
 Adducta Anglorum, Suecorum, Hollandorum  
 Cur non & Turcarum testimonia?  
 Tot sunt contra Galliam everse religionis reum.  
 Inconcussa argumenta.  
 Religionem in fœderibus erga socios ejusdem secum religionis  
 Catholicæ nunquam servavit  
 Ne sectarum extirpandarum audiretur adjutor,

Erga socios verò adversæ religionis  
Sanctè coluit,  
Ut infringendæ fidei catholica fieret promotor  
Adeo ut

Hodie extra Italiam & Hispaniam  
Nulquam intemerata sit & integra Patrum  
Et primæ Ecclesiæ Religio;

Imo  
In tanta religionum multitudine  
Nulla esse incipiat, atq; ita  
Ippiusmet Dei paulatim intercitat veneratio.

Hæc Pseudo politicorum doctrina est,  
Hæc Athæorum meta, in Dei  
Olim iudicio cunctis innotescenda.

Fuisse & nunc esse Reges Galliarum  
Regnis administrandis idoneos  
Negocijs expediendis promptissimos

Nunquam negavit Hispania, nunquam aliter sensit Flandria  
Virtutes hæc Theologicis secundæ sunt  
Morales istæ pertinent ad ornatum animi

Erga homines;  
Theologica hæc animum in Dei cultum tendentem spectant.  
Et ut Deus potior est homine

Ita religio regione,  
Hæc pro ista semper negligenda, hostibus objicienda;  
Virtutum Gallicarum non est laudanda potentia, sed usus  
Juxta diversos fines bonos aut malos  
Æstimabilis, culpabilis, pius, impius.

Si Gallus aliquando Hispanum anteverteret  
Zelo catholice religionis isthuc, ubi olim fuit, referendæ,  
Laudem mereretur & encomium.

Paciscendo verò Gallo, Anglico iniquo facere  
Ipsi parum decoro nullibi honesto, religioni damnofo  
Infamiam ipse sibi comparat, bonorum odium  
Conciliat, & Dei iram concitat.

Et sanè jurare auisim  
Nunquam Hispanum de ullo facere cum Anglis vel  
Cogitaturum, minus pro agnoscendo Angliæ moderno statu  
Oratorem in Britanniam missurum fuisse,

Nisi Gallos fœdera clam machinantes inaudiisset,  
Certo præscivisset;  
Et si Hispano non fuisset carior religio quam societas,  
Cur ab Anglo non potuisset illam æque bonis  
Conditionibus sibi parare?  
Imo justioribus prætextibus  
Anglum scilicet iuvandi ad jura sua in Galliam  
Prætensa nondum obsoleta  
Socijs armis, potentioribus viribus  
Vendicanda, acquirenda, conservanda,  
Mala verò Flandriæ nihil meritæ nunc  
Imminentia procul avertenda.  
Quæ omnia pericula Gallis impendere non potuerunt  
Potentiam suam, orbis arbitram, imò supra  
Fortunam, fere dixerim  
Supra Dei providentiam extollentibus  
Nunquam adeo turgidis & in laudes  
Proprias insolenter effusis, effrænis.  
Hoc nempe Regis Christianissimi ex fœdere  
Gallo-Anglico est præmium  
Règnis in alienis Catholicæ religionis exterminium  
In proprijs tandem etiam extirpandæ metuendum  
Periculum.  
Et non ita pridem in Henrico IV.  
Navarræ Rège futurum  
Nisi Hispani ad Rupellam promptum adfuisset  
Auxilium  
Pontificis quoque quod Henrico adhibuit salutare  
Remedium.  
Adeo Hispanus Galliarum nihil cupit  
Ut nec Anglum aliquid in eam prætendentem  
Concitarit, adjuverit.  
Hoc unum optime desiderans  
Ut suo Rex Christianissimus digne fungatur  
Officio  
In Religionis & Ecclesiæ bonum,  
Laudis vero suæ majus incrementum.  
Neque hæc obrectator dixerit  
Calumniarum Nugamenta

Sunt enim prudentium sana Consilia

Quorum finis

Non regionis alicujus Hispano adijiendæ  
Sed per universam Europam exulantis  
Religionis Catholicæ aliquando referendæ  
Ut multitudo credentium in corde uno

Et anima una

Infidelium tandem possit suppressere superbiam,

Debellare potentiam, frænare Tyrannidem

Et confundere impietatem;

Hæc nimirum prima Regni bona sunt

Plebisque summa commoda, una ut sit

Religio, par in Ecclesiam subjectio:

Nam quod in Religionem committitur divinam

In omnium fertur injuriam,

Huc Regis Galliarum tam fidus Minister

Linceos regit et oculos

Neque ita seductricem status rationem

Idolorum pessimum

Præ Deo adoret, præ Ecclesia honoret,

Præ Religione veneretur,

Ni faxit,

Sua damnandus cum prudentia

Ridendus in vana scientia

Qui ad sobrietatem sapere non didicit:

Tantum vero abest

Invidia Ministri id dixerō

Ut ipso suo dignum nomine fieri

Nil magis desiderem

Et ut sit Columna Religionis in Ecclesia

Non ejusdem Ruina in Gallia

Hoc nempe in cardine verus Cardinalis

Nomine & re laudabiliter futurus,

Neque id est in rebus politicis religionem prætexere

Sed Regum potentiam bene dirigere

Cupiditatem sæpe infatigabilem religionis observantia

Frænare

Et universa consilia cum Ecclesia bono conformare

Sæpe equidem venditur res pro merc politica, artalis

Idcirco

Idcirco non est

Quando tale negotium certum comitatur  
Religionis exterminium.

Cleri exilium.

Pietatis ludibrium.

Fœdera Catholici cum Catholico contra infidelem  
Aut hæreticum sunt laudabilia,

Catholici cum hæretico contra æque hæreticum  
Licita,

Catholici verò cum hæretico contra Catholicum  
Cum religionis offendiculo

Nusquam nisi per Gallias audita,

Et à nemine, quam ab ipsis solis permiffa.

Quid igitur hic Zoilus fœdera Austriaco-Polonica  
Traducit

Pacis tam religiofe observantia, ut

In defensione sola Regni & Religionis

Non ultra Poloniam efferendæ

Sed intra eam conservandæ subfiteris.

Brandeburgico contra Svecum fuitne

Aut est Religionis bellum? nondum

Clarigatum, nondum indictum.

Ecquid igitur velit obtrectator carpere

Fœdus cum illo Austriacum, nondum contractum.

Et primùm forte contrahendum

In bonum observandæ Pacis Germanicæ

In auxilium recuperandæ Prussicæ

Non violandæ Pomeranicæ, non infestandæ

à Svecis Marchæ Brandeburgicæ.

Quæ accumulatur exempla fœderum à

Catholicis cum hæreticis olim contractorum

Multa sunt, sed inutilia, nihil probantia

Donèc probetur fuisse licita.

Fiunt utique, quæ fieri non deberent

Ideone posteris ad imitandam pravitatem

Obtrudenda.

Et quæ Momus iste adduxit tam confuse

Tractata sunt, non habita rerum nec

Temporum ratione, ut libidine potius

Conge-

Congerendi, quam probandi facilitate  
Sint allegata  
Neque idè operosè discutienda.  
Talibus fucis forices isti palatiorum  
Pios Reges dementant  
Isti pessimorum Consiliorum artifices  
Otio & literis omni abjecto pudore  
Turpiter abutentes ex Regum fœcordia  
Quibus merito inelamandum illud Væ  
Ne ipsis in foveam, & laqueum &  
Offendiculum fiant, sintque sudes in  
Oculis eorum, quibuscum talia fœdera contraxerint.  
Istos confundit Judæorum Synagoga  
Quos ad frugem non potest reducere  
Catholicorum Ecclesiæ.  
Pudeat superari religione & observantia  
à Judæis in statu legis positus  
Gallos in status Gratiæ constitutos,  
Pudeat, inquam, veritatem à figura confundi;  
Judæi solo metu contagij cum infidelibus  
Nulla fœdera, nulla connubia contraxerunt,  
Galli in maximo religionis periculo  
Talia pangere non verentur;  
Imo ad Anglos in Ostendam inducendos  
Operas, arma, pecuniam, militem,  
Naves & alia promittunt, præstant,  
Iterant.  
Talis est pactorum Gallo Anglicorum facies  
Proterva, effrons, impia, impudens,  
Que  
In Galliam Anglorum omnes Religiones  
Invehere, & protegere audet  
Nullo alio reliquo  
Quam ut sola Catholica illic adhuc prohibeatur  
Confessio,  
Gallia in alteram Angliam permutetur.  
Ita certo futurum  
Si Ministrorum insistatur consilij  
In suam ipsorum conservationem

Non in Regni bonum directis,  
Quam id stultè sit prætinere Religionis extermium  
Ostendit Mardicæ ejectionum, aliorum occisorum  
Ab omni aliâ religione, venerandè ubique habitorum  
Lacerorum Capucinatorum religiola turba  
Nemini molesta, nulli infensa.  
Vides quomodo Anglus suam promoveat Religionem  
Ubi vel semel figit pedem?  
Optimo tibi ô Galle exemplo  
Ut non tuam quam profiteris fidem Catholicam  
In uno Galliæ conserves Angulo  
Alibi passim negligas, prostituas  
Sed nullo fœdere violes, ubique tuò in  
Regno, & tuum extra Regnum  
Pari utrinque pietate conserves,  
Promoveas.  
Adeo hic pravus Gallorum socius  
Hispanorum & Religionis hostis  
Gallos incurios, dominandi vertigine circumactos  
Fœderis pro Religione faciendi modum  
Et Regis Christianissimi officium  
Suo in errore doct.  
Iraque verò Gallus  
Modernum Angliæ statum eo usque confirmat  
Ut Regum Angliæ antiqua in Galliam jura dissecta dicat?  
Divitiarum & potentia: imminutione jura non tollantur,  
Impediantur solum.  
Ergone expulso ex Angliâ Regi nullum sit  
Jus in Angliam?  
Erit forte, quando Fortuna  
Vultu Galliam aspiciat austeriori  
Anglorum verò Reges mitiori,  
Gallos tunc in interitu suo merito derisuri,  
Et fere is rerum ordo est, ut superbâ fortunâ  
Turgidos præceps casus ex propinquo maneat  
Occulta ab Hugonortis pericula vitare  
Neque Regi nec Ministris semper in promptu est  
Quamvis solertibus, cautissimis.  
Si eos fecit amicos conscientia: libertas

Poterit & facere proditores religionis suæ promovendæ

Fere innata cupiditas;

Nimia securitas cautelam tandem negligit

Et infortunium maxime securos se putantibus;

Illico adproperat.

Nolim vero consilium huic meum suggerere.

Qui tantæ innitatur potentæ

Ministrique prudentiæ

Qui Minister

Si æquè esset probatus à lege

Sicut à Galliarum rege

Dignus foret incomijs

Conducti in suas laudes

In aliena convicia

Mercenarij scriptoris.

Timendum verò Galliæ

Ne, quod fama multorum est, Minister iste

Pontificis si contingeret ipsum tangi fulmine

à Gremio Ecclesiæ, in sectariorum

Transseat numerum, quos hodie tantopere

Favet consilijs, adjuvat opibus

Tuetur armis & promovet artibus.

Aut certe Galliam per schismata

Rescindat ab Ecclesia

Hæresum omnium prima initia

Fœdus Hispano Hollandicum cur obtrudit

Verbosus iste Zoilus?

Nunquid Hispanus religionis Hollandicæ exercitum

Suis in Regnis pactus est?

Ut Gallus nuper Anglicæ?

Nunquid sectas patietur inferri in Lusitaniam

Sicut Gallus eas indexit in Flandriam?

Procul hæc ab Hispano sint.

Sibi quærit subjicere Hispanus Lusitaniam

Jure antiquo sibi debitam

Perfidia rebellium hucusque subtraham.

Hollandus conatur isthuc reducere

Rerum, non religionis commercia;

Sibi aperire occlusa maris itinera

Non est cur hinc Gallus pro Europa vigilet  
Suam ut fucet malitiam  
Europam nec Hispanus nec Gallus servam sibi  
Unquam facient,

Sunt igitur inanes exterorum curæ  
Quando quæ domi habet plura ut curet.  
Nisi ideo omnia Gallus libenter negligat

Quia

Quaslibet fovet hæreses, in regna sua recipit  
In Aliena diffundit  
Sua quidem ob commoda  
Nulla vero viri boni conscientia  
Tantum

Ut Hispanis procuret incommoda:  
Esto, promoveat religionis pericula,  
Quæ omnia si impari recensentur facundia  
Re ipsa tamen sunt verissima.

Potuisse Gallus Anglicum in sua signa  
Traxisse militem, isto in hoc fædere civili  
Incommodo.

Anglorum autem in Flandriam non debuisse  
Evocasse religionem Ecclesiæ facinoroso detrimento.  
Satis utique fuisset infidelis militis cum  
Grege Catholico scandalosum commercium  
Periculosum contubernium.

Vereor autem ne furdo hæc canam  
Ubi enim sit pietas, ubi non est religio?  
Et conscientia negligitur compunctio?  
Vides itaque

Quousque iaculum laesa à Gallo religionis  
Suaque existimationis excusseris  
Eo scilicet

Ut in ipsum Gallum nunc secundiori fortuna  
Tumidum

Aliquando Deo vindice recasurum sit  
Majori quam Gallus metuat damno  
Et difficiliori quam suspicetur remedio.  
Belli verò contra Hispanos prætenfam  
Perperuitatem non est cur Ille tam

Procul rejicere

Aut pacem salvam, honestiorem propiorem dicat,

Si Gallus nunquam ab Anglorum fadere  
Recessurus, Hispanus eorum religionem  
in Flandria nunquam passurus, &  
Gallus contra Anglorum exclusione  
Pacem vix factururus sit,

Ut eos sibi in alia mala futurorum temporum  
Servet foederatos amicos.

Rara tibi pax speranda ubi continua sunt bellorum  
Incentiva,

Discordia religionum, concussio animorum,  
Contubernium sectariorum;

Qui

Ea facilitate ex Flandria excedent

Qua

Galli terras Imperij bello iniquo occupatas  
Reliquerunt, & nunquam restituerunt;

Quasi

Præter Gallos nulli alij Principes  
Uterentur occasionibus, temporibus  
Religionis dilatandæ accommodis, regionis  
Proferendæ idoneis.

Quasi

Neglecto Gallo Anglus suæ Religionis complices  
Non possit eo pellicere

Ut

Ipsū in promovenda religione,  
Et ubi promotam tenet, conservanda  
Religionis amore, Catholicorum odio adjuverit,  
Gallo quantumlibet reclamante  
Hispanum ubique morficante.

Hispanus enim nunquam cunctatus est pacem  
Æquis propositam conditionibus  
Honestis conventionibus;

Sed neque Hispanus Galli, quod ipse putabat, timore  
Arma nunquam deposuit aut posthac deponet;  
Æstimat quidem Galli vires non metuit  
Et si cum solo Gallo res ipsi foret

Negocium facile expediturus,  
 Nullo furore Turcico  
 Bello prorsus Catholico  
 Redactis ad Ecclesiæ obedientiam sectarijs  
 Et ad modestiæ terminos insolentibus Gallis.  
 Ejectis errorum defensoribus  
 Conscientiæ effrænam libertatem, omnium vitiorum  
 Originem perfrictè declamantibus  
 Subjectis Pontificis obedientiæ  
 Hispanorum Episcoporum inquisitioni salutiferæ  
 Quæ non est Tyrannis Turcica  
 Sed seductarum conscientiarum medicina optima.  
 Sin Lusitanus, Condæus, & Lotharingus  
 Sola fuere pacis coalitæ impedimenta  
 Cûr Gallus Lusitanis rebus se ultro immiscuit?  
 Cûr Condæum in ea quæ ipsi natura dedit  
 Plene restituere noluit?  
 Cûr Lotharingo inique erepta reddere detrectavit?  
 Nimirum  
 Quia Gallus omnes lites, & aliena jura sua  
 Facere cupit  
 Scilicet Minister iste debebat destitui  
 Si Condæus restitui,  
 Tum  
 Quia Gallus Lotharingiam Polypi instar  
 Renes nec reddit  
 Sicut nec Imperio terras ereptas  
 Ullo Pacis studio reddere unquam voluit.  
 Pax cum Batavis facta tanti Gallo esse non debuit  
 Qui  
 Belli pacisq; jactat arbitria suæ potentæ subdita  
 Nec factæ contra ipsum hujus pacis producit documenta;  
 Fuit equidem hoc sine utrinq; facta  
 Ut posset Hispanus rebelles Lusitanos subigere  
 Hollandus mare ad cõmercia clausum sibi aperire.  
 Sane  
 Si ad Scriptoris contumelias hinc inde sparfas, quot  
 Vicibus & ad verborum aculeos deberem respondere  
 Vix carta hæc sufficeret, tot convitijs scripta sua farcit.

Svecum iterum ait in bella irritatum

A quo amabo !

Nisi a sua libidine

Qua polonos securos induciarum foedere,

Afflictos Cosacorum rebellionē,

Attritos Moscorum numeroſo milite

Suisq; discordijs inter se collisof

Nil minus quàm à Svecō bellum metuentes

Proditorijs machinationibus, prohibitis artibus

Invasit, ſtantibus induciarum pactis fere debellavit

Et ſi religioni ac furori peperciſſet

Funditus evertiſſet.

Laceſſitum ab Hiſpano Ducem Mutinæ

Vel præſumptio juris & facti negat

Probat verò à Gallis ipſum concitatum

Eadem præſumptio ;

Qui enim ſemel & certo ex incentivo eſt factioſus  
Semper & ex eodem conciliabulo talis jure præſumitur.

Hiſpano alibi occupato non vacabat Gallos

In ſtatum Mediolanenſem evocare,

Sed iſt huc Gallus ſponte ſua migravit

Prætextu protectionis Mutinēſis.

Spe ſubingandi Ducatus Mediolanenſis.

Totum id factum miniſterio Cardinalis

Qui

Quantus ſit ingenio & dolis

Tota Europa didicit

Qualis religione & conſcientia

Præter ipſum nemo ſcit

Facta ferè demonſtrant atheum

Vafrities & aſtucia naturâ malitioſum

Omnia utilitate ſua, alieno damno merientem

Nulli benignitatem ullam

Imperientem.

Niſi vitiorum defenſori, adulationum

Architecto; dolorum ſuggeſtori

Quæ omnia difficillima, & pernicioſa

Sunt negocia

Scriptori huic optimè cognita

Et usu ipso fatis communia  
Cui libet corde recto, intentione bono, incognita;  
Iustitia enim nulla arte suum cuiq; tribuit  
Et privatum damnum publico bono compensat,  
Alteri jura non tollit naturalia  
Ob alterius per cuniculos obtenta commoda,  
Restituatur Condæus integre, servetur Minister  
Aulicus mercenariè.  
Ita nimirum stant solidissima  
Contra Mardicam Anglis nequiter traditam  
Optima, vera argumenta,  
Quæ colorari artibus, denigrari calumnijs  
Contemni vilipendijs, declinari vafricie,  
Sed nulla concuti, nulla everti possunt  
Contrariâ sufficienti ratione.  
In Regem aut Ministrum sint procul omnia convitia  
Si absit regendi malitia,  
Personas nemo arguit, vitia quisq; carpit  
Dominationem religioni  
Errorem veritati  
Cupiditatem conscientie  
Privatam rei publicæ  
Ubiq; præhabentia.  
Regem alios omnes suspiciant  
Ministrum admirentur  
Utrumq; fortuna felicem  
Istum Regnis & Dominijs  
Hunc arte & pecunijs  
Æque potentem Dominum,  
Cujus quamvis consilia  
Sint admodum sagacia  
Non ideo tamen optima.  
Consilium  
Neq; hoc ineundi fœderis Gallo Anglici  
Aureo dignum vellere, sed manu Dei vindice  
Populorum omnium in talem consiliarium  
justa concitatione.  
Et ut ipsi consultori consilium suum sit pessimum;

Quod

Quod quanquam nemo bonus voveat  
Consultoris ipsa malicia id flagitat  
Ut qui consilijs nullis obtemperat  
Dei saltem punientis iræ cedat  
Ab ipso facile avertendæ,

Si de præteritis doleat, præsentibus malis consulat  
Et futuris periculis antevertat.  
Ac talia regnis scandala posthac non inferat  
Non alat nec defendat.

Ista proborum vota sunt  
Malorum obnoxia improperijs  
Zoilorum objecta calumnijs  
Sine livore aut fuce dicta.  
Adulari enim nescit veritas,  
Parcere ignorat veritas  
Rerum æquissima arbitra,  
Aliciter

Quam adulator hic mercenarius  
Seductor Regum pessimus  
Malignitatum Artifex  
Qui ut in fumis pereat  
Suo judicio dignus est  
Qui Regi atq; populo  
Nil præter fumos vendidit,

Et veritatem argumentis demonstratam  
Rationibus cinctam hodieq; audet  
Impetere commentis fallacibus  
Argutijs sagacibus.

Contra scriptorem optimum  
Christiano politicum  
Theologum sanctissimum,  
Nihil præter vitia carpentem  
Præter errores nihil arguentem  
Præter falsitates nihil confutantem,  
Non sua

Sed Theologorum omnium sententia  
Bonis omnibus probata  
Et Dei judicio submissa.

F I N I S.